

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Erster Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1876.

Erdichteter Brief

Alcuins über die Herkunft der Beneventaner.

Mitgetheilt von G. Waitz.

Unter den Papieren zur Langobardischen Geschichte, die Bethmann gesammelt, finden sich auch die folgenden beiden Karl dem Grossen und Alcuin beigelegten Briefe, in denen angeblich Karl Auskunft über die Herkunft der Beneventaner erbittet und Alcuin dieselbe in einer längeren, ganz fabelhaften Geschichte der Franken und Langobarden ertheilt. Sie sind abgeschrieben aus einer Handschrift der Bibliothek zu Parma, De Rossi II, IV, 126 (früher Lat. 35) aus dem Ende des 12. Jahrhunderts, die vorher den Paulus Diaconus enthält, nachher die fabelhaften, angeblich zwischen Karl dem Grossen und dem byzantinischen Kaiser gewechselten Briefe, welche sich im Cod. 353 in Monte Cassino und daraus im Cod. Cavensis der Langobardischen Gesetze und im Chron. Salernitanum finden¹⁾, gedruckt MG. SS. III, 488, dann aber 7 Zeilen: 'Tempore Octaviani trans Tiberim fons olei — minui visus est', eine aus Orosius in viele Chroniken übergegangene Fabel.

Dass der Verfasser erst unter der Normannischen Herrschaft lebte und von der Herkunft und dem germanischen Charakter der Normannen nichts wusste, zeigt die Stelle über die Herkunft der Normannen deutlich genug. Die Erzählungen über den Ursprung der Franken haben wohl eine gewisse Verwandtschaft mit der der Gesta Francorum, zeigen aber bedeutende Entstellungen, wie sie nur in späterer Zeit entstanden sein können.

Karolus augustus nostro Alcoino. Iam denique prolixum tempus, quo vultum desideravi prospicere tuum; sed eger effectus es propter meum scelus. Cupio etenim egredi in Sampnię partibus, sed metuo exire, quia, ut nobis notum factum est, illa terra infirma est et arida, maximeque civibus

1) Bethmann im Archiv X, 394, dem hiernach diese Handschrift noch unbekannt war.

nostris contraria. Itaque precipio et obsecro vobis, ut innotescas de Beneventanis iam fatae terrae cultoribus, si sunt quemadmodum nos putamus Longobardi, an e contrario Romani. Debeo quippe exinde componere Guinechiso nostro comiti, si sunt Romani, amabilis valde et preceptor benigne; et si non sunt Longobardi, ceu aiunt nonnulli, mihi celeriter innotesce.

Augusto Carolo Alcoinus. Miror valde precelsa de vestra scientia, si properare illac vultis, ubi habeatis propter regionem egrotationem. De illa autem altercatione, unde manet altercatio inter vos et Guinechisum, nec debetis vos illi componere, nec ille vobis, quoniam nec Romani sunt nec Longobardi. Qualiter¹⁾ set ut narrat Verus Hostilius hystoriographus vel poeta excelsus, qui vir nobilis fuit et omnia noscere voluit, gens Smeroingorum, Franci unde soliti erant recreare regem, Europae in partibus de Asia remeavit, et videns regionem concupivit Germaniam, expugnavit multas cum magna audacia gentes, sed tantum Germanas omnes. Germani autem eo tempore, quo nunc Franci habitant, in Meotidis paludibus affligebantur, valideque in circuitu erant ab omnibus gentibus, maxime ab Avaris; et iam minime eos sustinere valentes, suppliciter ad Smeroingos venére, et censum erogavére, ut, quem dabant Hunnis, illi acciperent, hoc solum tantum, ut preliarentur Smeroingi una cum illis adversus Hunnos. At illi fecere velut illi dixeré. Preliavere cum Hunnis dierum per decem spatia; faciebat nox tantummodo finem; Smeroingi autem prevaluere. Strages tunc facta fuit tanta de Hunnis, ut quadraginta milia fuissent mortuorum corpora. Alii dicunt, ut non potuisset numerus mortuorum colligi. Post hoc Smeroingi in Germaniam ad suos remeare confines. Expoliavere Meotidenses campum, eo quod non dignabantur vestimenta aut qualiacumque occisorum ornamenta extraneae gentis gestare, sed per omnes locos quando vincebant victi homines campum expoliabant. Regressi sunt Germani ad humum suam; censum dabant Smeroingis, et ex illo iam die regem Smeroingorum habebant. Quin etiam celsa pars Pubetenorum miscuit convivia²⁾ cum Meotidensibus vel Germanis Scandine insulae cultoribus. De conubiis Meotidensibus Franci sunt orti, de Scandine Guinili qui et Longobardi. Omnes enim qui ex talibus coniunctionibus orti sunt Normanni vocantur a rectitudine vel pulchritudine corporum, eo quod norma dicitur regula, id est sicut regula equalis est, ita et illi in statu suo equales sunt vel pulcherrimi. Smeroingi et illi vocantur, qui citra

1) Fortasse 'equaliter'. Bethm.

2) Ita codex. Bethm.

solum venere et uxores secum duxere, et filii eorum iam noluerunt cum aliqua gente se coniungere, eo quod metuebant pulchritudinem amittere, quoniam tam Gallis quam Germanis pulchriores erant; sed semper germanas suas uxores accipiebant. Set inde cognitum est nobis, qualiter exiere de paludibus Franci Meotidis et Gallias debellavere, et habitatores effecti sunt Galliarum; deinde qualiter Longobardi Italiam ad habitandum venere. Porro audientes Smeroiangi, quod talia fecere Franci et Guinili, qualia et ipsi voluerunt facere. Erant autem duo regis Smeringorum filii, unus vocabatur Aurismer, alter vero Fulgensmer. Nam Aurismer vocavit Fulgensmerem et dixit ei: 'Germane veni et me audi. Eamus ad Francos, ut dent nobis terram fructiferam; alioquin nos accipiamus per nos, quoniam longum est expectare patrem usque ad mortem'. Tunc continuo elegere duo milia viros bellicosissimos Smeroiingos, pulcherrime armatos, simulque centum de duobus milibus viros elegerunt, qui altrinsecus pergerent, vel qui provisores cunci forent, viros iuvenes pulcherrimos, capillis flavis, cum barbulis florentibus, cum armis deauratis vel gemmatis. Clippei vero vel enses eorum omnes liniti de auro erant, et minute gemmati; loricae vel capsides tantum de auro linitae. Erat autem inter eos vir nimium procerus, vocabatur Lampo, qui contum gestabat, facie nitebat ultra omne linteum; capilli eius crispi vel flavi ad instar lactis, collum eius candidum sive rotundum sicut columpnella marmorea; oculi eius magni lampabant velut flamma ignis et radii solis; omnia membra eius ad exercenda bella apta, scapulis latis, robustus. Ad ultimum talis erat, ut tam pulchritudine quam fortitudine formosus inter Germanos vel Gallos foret. Deinde ad Francos devenere infantes; quamobrem tunc dixerunt Franci: isti mori debuissent, si per fidem non venissent. Cepere periculum quod nunc videmus a parte Normannorum vel Smeroiingorum cogitare et Galliarum, si Smeroiangi cepissent ad Gallias venire. Unde illud cepere cogitare proverbium: *Enignes venient Smeroiingorum valde amari Europa in tuis finibus ambrosiis*. Tamen dixerunt eis: 'Pergite ad Noricorum fines, quoniam oppidosa est et bona illa terra ac amabilis'. Illi autem ad illas perrexere. Statim enim ut venere et gentis homines illius videre, ilico periculum cognovere. Tunc consilium iniere et rusticorum cetus exspoliavere et vestimenta eorum induere et cepere negotium veluti negotiatores exercere. Hoc autem videntes homines regni illius, venere ad illos sicut ad negotium, non velut ad bellum. Smeroiangi autem casu super eos irruere, et ad portas usque civitatis per cadavera mortuorum perrexere, civitatem accepere. Audiens autem rex Francorum civitatem subiectam vel captam, adeo

tristis est, mittens Gerobum Aurismero fratri seniori, ut maiorem civitatis acciperet partem; sed non potuit, eo quod maior pars erat, quam mellifluus Fulgensmero tenebat. Die set quadam dum exisset foras murum Fulgensmer cum Lampone et Arman et Flechiloith et Strunich, qui tam fortiter in modum teli ensem iactabant, ut, si veniret in qualicumque arbore, usque ad iltem introiret, vel cum sexcentis viris exercendi causa, quando iam voluit introirè, non dimisit illum Aurismer. Accepto autem itinere, ad Longobardos cum sexcentis viris fugiit. Eodem vero tempore super Longobardos Grimoald regnabat. Quos ut vidit, cum tripudio ingenti suscepit in tali ratione, ut una fierent gens, et ubicumque ad prelium irent, Longobardi uná irent, et unam legem haberent. Quin etiam per salutem iuraverunt Smeroingi, iuxta Longobardorum voluntatem. Et tunc misit eos ad Romoaldum filium suum, ut irent cum illo in Beneventum, et ibi starent; cum paululum ante ad regem Vulgarum terram dedisset, qui sponte ad Longobardos venerat. Prorsus miranda res, quapropter hystoriographi, qui Longobardorum hystoriam scripsere, istud omisere, cum verissimum sit, vel Paulus cur dimiserit. Tunc Romoald suscepit eos, et per decennium seducens, usque dum baptizarentur, sic postea defunctus est post peractum boni. Post mortem autem Romoald surrexit princeps, qui per vim in palatium ad serviendum eos mittebat. Illi quidem hoc non gestantes, consilium inierunt, qualiter illud minime peragendum dimitterent. Tunc in illos intravit Sathanas, et die quadam resurrectionis, cum starent pariter in aula Dei genitricis Mariae, repentes suos pugiones extraxerunt, super illos irruentes. Illi autem infelices stabant securiter, et occiderunt usque ad duo milia virorum; taliterque a servitute liberati sunt et civitatem accepere. Tunc serotinus Lampo ad Consem perrexit ad habitandum cum centum viris, ibique habitavere. Similiter Arman cum germanis suis Stamar et Euith vel Eismith ad Capuam cum centum viris perrexit. Haec est regio fertilis. Smeroingi nunc cultores sunt Sampniae, et vivunt iuxta morem Longobardorum, potius vero iuxta Romanorum. Legem autem Longobardorum tenent. Si quis autem hoc mendatium fore dixerit, veniat ad me, et ego per auctoritatem mendatium probabo. Valeat celsa potestas vestra, et recedat ab omni malo; senectus tua pullulet, iuventus a te procul sit.
